Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31431
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

que missus est inobediens impenitens et incorigibilis / ac etiam relapsus / quibus
consideratis / et que recte iudicantis animum movere potuerunt et debuerunt /
de magnorum prelatorum / doctorum q̃ et magrorum consilio / et assensu / p̃ suam diffinitiuam
sententiam solum deum pre oculis habendo / et pro tribunali sedendo pronunciauit / decreuit et declarauit prefatum Thomam ratione alicuius ordinis clericalis /
non debuisse nec debere gaudere aliquo priuilegio clericali uel ecclesiastico / et
quatinus professum dicti ordinis fratrum beate marie se confitebatur / eodem habitu
et quocunq; priuilegio / ratione illius professionis / et ordinis / aut alias re-
spectu cuiuscunq; ordinis uel honoris ecclesiastici debito degradandum fore /
et degradauit habitumq; ab eodem amouendum fore et amouit / illumq; suis alpis /
de meritis et criminibus exigentibus / brachio seculari relinquendum fore / et
reliquit debita animadversione puniendum / de precans canonica deprecatione /
quatinus cum eo misericorditer agere uelit / prout in instrumento publico
ipius Cardinalis sigillo munito dicitur plenius contineri. Cum autem sicut ue-
udica relatione non sine displicentia grauiori percepimus / prefatus Thomas in
diuersis mundi partibus suis nephandis et contagiosis erroribus corda fide-
lium damnabiliter corrupisse dinoscatur / sint q̃ non nulli in erroribus / et arti-
culis predictis diffamati / et uehementer suspecti / suis conatibus temerariis /
prefatum Thomam ad uotum sathane qui flexuosis fraudibus agitat quieta corda /
in premissis defendere moliantur / Nos qui desideranter in notis gerimus / ne ut
fides catholica nostris prosperetur temporibus / et prauitas heretica definibus
fidelium extirpetur / et ne dicti errores propagentur ulterius / fraternitati
ure p̃ aplica scripta in uirtute sancte obedientie / committimus et mandamus / communicamus ~~mandamus~~
quatinus p̃ nos uel alium seu alios habentes spiritualem iurisdictionem ad exter-
minationem prauitatis huiusmodi pro defensione fidei salubriter operantes contra
omnes et singulos cuiuscunq; dignitatis status gradus / ordinis / conditionis
uel preeminentie existant / qui articulos / et errores predictos / uel eorum ali-
quem tenere defendere predicare dogmatizare publice uel oculte / seu
illis credere / uel damnata morte ipius Thome in eius fauorem quomodolibet
commendare seu laudare pertinaciter presumpserint / eorq̃ receptatores / de-
fensores / fautores et adherentes / exemptos / et non exemptos / etiam ex officio